

*2016 Pretium
Petronianum*

4. Platz

verliehen von der Klassischen Philologie der
Johannes Gutenberg-Universität Mainz

an

Moritz Klaiber

für das Verfassen eines sehr guten Textes in
lateinischer Sprache anlässlich des

Thementages

Rom - Stadt der Spektakel

am 16. Januar 2016

Univ.-Prof. Dr. Christine Walde

JG|U

Institut für Altertumswissenschaften
Latinistik/Klassische Archäologie
Johannes Gutenberg-Universität Mainz

Ein aufschlussreicher Theaterbesuch

Tiberius suo Marco salutem dicit

Certe de novo, mi Marce, amphitheatro Flavio audivisti. Si autem haec nondum audiveris, tibi libenter de visitatione mea referam. Multi dixerint spectaculos magnos insolitosque ibi aspectari posse. Ipse vero hos homines habeo tam crudeles quam facta, quae ibidem vidi : Servi et captivi alii bestiis magnis expositi sunt sine magna facultate perfungendi pugna. Sed etiam animalia innocentia, sicut et ursi et leones et tigres et elephanti, per harenam agitati sunt nec arma superiora plerumque superare potuerunt. Homines quoque ferarum venandi instinctu usi sunt et effecerunt, ut eae inter se depugnarent. Hic Mars quam in loco proelii saeviit, illic autem Venus deflevit, quantum sanguinis in solo filii sui, qui olim urbem Romanam nobis donaverat, profusum esset. Interrogaveris, cur homines omnino haec horribilia spectare velint. Credo homines, quos spectacula talia delectant, aut nullam misericordiam habere aut ipsos non iam humanos esse. Quodcumque animos spectatorum in amphitheatro inflammavit, mihi non placuit. Sed mihi etiam narrandum est, quod factum est mihi ex amphitheatro exeunti: Tu, Marce, fortasse iam audivisti Martialem in amphitheatri dedicatione epigrammata de spectaculis in amphitheatro recitavisse. Cum equidem extra amphitheatrum starem, poetam ipsum vidi. Confusior fui, quod exspectavi Martialem in amphitheatro esse et ludos spectare. Itaque interrogavi, cur hic staret. Ille mihi respondit haec: „Nolo redire eo! Ibi nihil humanum est! Tam crudeliter homines et animalia necantur!“ Tum confusissimus fui, quia putaveram Martialem spectacula in epigrammatis suis laudavisse. Sed Martialis: “Epigrammata“ inquit „non scripsi, ut spectacula in amphitheatro laudarem, sed me delectat scribere iocose ambigueque. Epigrammatis meis non conor sententias meas offerre sed certas res irridere. Non semper scribo, quod sentio.“ Tum intellexi. Martialis epigrammata sua non scripsit, ut sententias promulgaret, sed gaudii causa. Ut videre potes, mi Marce, non semper, quod legis, credere potes. Sed spero te esse crediturum ea, quae tibi prius de spectaculis in amphitheatro narraui. Vale!